

ASIA.

DE ASIA TERTIA PARTE MVNDI.
CAPVT .XXXIII.

Asiam magnā Ptolemæus tribus libris descripsit, quinto, sexto,
et septimo: item. 12. tabulis. Provincias eius facit. 48. quanquā
in ultimo catalogo libri octauī apud eundem non usq; adeo clarum est,
num Pontum ac Bithyniam duas faciat regiones, an Galatiam ac Pa=
phagoniam, utræq; enim illic binæ, quæ in quinto singulæ, nec distin=
ctæ. Idem de magna Phrygia et Syria Caua dubitamus. Sunt aut in
quinto hæ nationes: Pontus ac Bithynia: quæ proprie Asia dicitur: Phry
gia magna, Lycia, Galatia, Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia,
Armenia minor, Cilicia, Sarmatia Asiatica; Colchis, Iberia, Albania,
Armenia maior, Cyprus iſula, Syria caua, Phœnice, Palæstina Iudæa,
Arabia petræa, Mesopotamia, Arabia deserta, Babylonia. In sexto
hæ sunt nationes: Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania
deserta, Carmania altera, Arabia felix, Hyrcania, Margiana, Bactri
ana, Sogdiana, Sacæ, Scythia intra Imaum montē, Scythia extra Imae
monten, Serica, Aria, Paropamisus, Drangiana, Arachosia et Gedro
sia. In septimo librosunt hæ: India intra Gangem fluuium, India
extra Gangem, Sinarum regio, et Taprobane insula.

DE PONTO AC BITHYNIA, ASIA PRO
prie, Lycia, Galatia ac Paphlagonia, Pamphylia, Cappa=
docia, Armenia minore et Cilicia. CA. XXXIII.

Ponti ac Bithiniæ termini sunt ab occasu Thracius Bosporus et
Propontidis pars, à septentrione pontus Euxinus, ab ortu Gala= Prima Asie
tia, à meridie regio quæ proprie Asia. In ea sunt urbes præclaræ Chalætabula.
cedon, Nicea ac Nicomedia.

I Quæ pro